UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Desertoribus & occultatorib.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ſe vel pro animalibus ab hoſpitante querent vel exigent, ſiue hoſpitans inuitus ſiue volens det, ⁊ in hoſpitio inuitis dominis domorum reſidentiam non facient. contra faciens punitur. h. d.
1 In tex. ibi, vltionis. † No. quod pro defendenda poſſeſſione ſua licitum eſt vlciſci, ⁊ talis vltio non eſt proprie vitio, ſed defenſio, vt dicit gl. quod no. ad q. de eo qui dixit in iudicio ad ſui defenſionem Titium vlciſcendo percuſſiſſe. Nam iſtud verbum vltionis, non ſumitur hic pro offenſa, ſed potius pro defenſa. In text. ibi,
2 qui primum. ¶ † Not. hic tex. expreſſe, quod ſi aliquis vult me expellere de poſſeſſione mea, quod amici mei, ⁊ vicini mei poſſunt
a percutere volentem me expellere, ne me expellat.[a] quod eſt valde notandum.

ADDITIO.

a ¶ Ne me expellat. Adde Flor. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ad l. Aquil. ⁊ Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. ⁊ iur. ⁊ Andr. de Iſer. in titul. de mil. va. qui contumax eſt. vbi tenet idem pro recuperatione, ⁊ adde eum etiam in titul. de pac. iurament. firman. in §. conuenticula.

LEX IX.

OMnes. Hoſpitantes milites in domibus hoſpitationum eorum nullam aliam diſcuſſionem vel penam debent ſubire. ¶ Item nullus debet impetrare vt a munere hoſpitandi milites ſit immunis, ne vicini domus grauentur. contra facientes puniuntur, et carebunt impetratis, hoc dicit.

LEX X.

HAc lege. Quidā in hac lege nominati dum viuunt ⁊ poſt mortem eorum heredes, filij, parentes, nepotes, fratres, ſorores, vxores eorum tres domos propter moleſtiam recipiendi milites habent immunes quidam duas, quidam vnam tantum, quidam dimidiam tantum. h. d. Et no. de angiportu. de quo ſ. eo. l. ij.

LEX XI.

DEcem. Tribuni primiceriorum decem immunitatem habent ab hoſpite recipiēdo in domibus, quas tenent in vrbe Conſtantinopolitana. h. d.

De commeatu. Rubr. XLIII.

LEX I.

NE cui. Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare poteſt, contrafaciens capite punitur. hoc dicit.

LEX II.

QUicunque. Qui de ſcrinijs, aut agentibus in rebus, aut etiam palatinis, vt comitibus ſacrarum, ⁊ priuatarum remuneratione obſecundat, ſi vltra tempus commeatus conceſſum per ſex menſes abſens fuerit, item qui proprio arbitrio commeatum non accepit, ⁊ qui per quadriennium deſidia officio non ſeruierit, aut vltra quadriennium ſteterit, pena hic inſerta punietur. hoc dicit.

LEX III.

SI quis. Qui ſine commeatu anno, biennio, triēnio, vel quadrien. vacauerit, modo hic ſcripto punitur. hoc dicit.

De tyronibus. Rub. XLIIII.

LEX I.

1 Scholaris qui non ſtat firmus dicitur vagus, ⁊ an gaudeat priuilegio ſcholarium.
2 Vagabundus quis dicatur.

NUllus. In text. ibi, vagus. no. ex iſto tex. coniuncta gl. ꝙ ille dicitur vagus, qui in
1 loco firmiter non ſtat. † Et ſic eſt argu. quod ſcholaris, qui non ſtat firmus, dicitur vagus, ⁊ non gaudet priuilegio ſcholarium. Contrarium tamen eſt veritas quod ſiue ſit vagus, ſiue nō, gaudet priuilegio ſcholaris, igitur, ⁊c. vt in auth. habita. ʒ. ne fil. pro pat. Nec ob. iſta lex, quia verum eſt quo ad hoc
2 vt non efficiatur magiſter. ¶ † Et eſt illa lex ad arg. ꝙ ille dica
a tur vagabundus, qui non ſtat firme in loco.[a] Pro hoc eſt text. iuncta gl. in l. iiij. §. abeſſe. ff. de dam. infec. quedam tamen gloſ. licet male dicat, dicit ꝙ ille dicitur vagabundus, qui non habet proprium domicilium, vt l. eius. §. Celſus ff. ad muni. Nam ſecūdum hoc ſemper eſſet neceſſe quod eius ciuitas aratrum pateretur,
b quod tamen eſt falſum, vt hic vides.[b]

ADDITIONES.

a ¶ In loco. Quis dicatur vagabundus, vide gloſ. fina. in l. heres abſens. §. proinde. ff. de iudi. vbi per Ang.

b ALEX. ¶ Et hic habes quis ſit vagabūdus. de quo p Bart. in l. iiij. §. pretor ait. de dam. infect. in l. ad cognitionem, ⁊ ibi dixi. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. ⁊ Bart. in l. j. ʒ. de colonis Thracenſibus. In verſi. ⁊ ſic eſt arg. inquantum Bart. vult quod ſcholaris vagus gaudeat priuilegio ſcholarium. Adde gl. in proe. ſexti. in verſi. commorantibus, quod licet ſcholaris parum ſtudeat, tamē gaudeat priuilegio ſcholarium ⁊ do. Ant. in proe. Decretaliū ſequitur ſi honeſte viuit. Ego tamē puto quod ſcholaris vagus, ⁊ non ſtudens, non gaudet priuilegio, per gl. hic, ⁊ per gl. de ſtudijs liberalibus vrbis Rome in l. j. ⁊ gl. in c. odij. ⁊ c. egreſſi. xxiij. quæ. j. vbi innuit contra ſcholares euntes ad eccleſias viſuri mulieres. glo. in c. qui. in verbo, quod nam. de peni. diſtin. j. ⁊ gl. in l. cum ea. ʒ. de tranſac. Facit quod per Fulg. in l. qui ſub pretextu. ʒ. de ſacr. ſan. eccle. gl. in l. j. de ſtudijs lib. vrb. Rome. ⁊ ideo enumerati in dictis gl. non debent gaudere priuilegio, per no. per Bar. in proe. Digeſtorum vbi dixit quod licet quis ſit deſcriptus in mercatorū matricula, non tamen dicitur mercator, niſi illum actum exerceat, ita in ſcholari. Facit quod dixit Franciſ. Tig. de piſis in l. ſemper. §. quibuſdam. de iure immunita. tex. in c. xenij. in verbo literarum. de elect. in vj. verſi. gl. ⁊ tex. in authē. habita. ʒ. ne filius pro pat. pro hoc l. ſemper. §. negotiatores, ⁊ l. ne quidam. ʒ. de teſtamē. milita. ⁊ l. diuus Traianus. ⁊ l. ex ea. ff. eod. tit. vbi miles gaudet priuilegio ſi exercet militiā. facit l. ſcriniarios. de teſta. milita. Facit text. in l. ſi duas. §. maxime. verſi. non aliter. de excuſatio. tuto. Et ex hoc ſequitur contra Barto. quod vagus, ⁊ non ſtudens non gaudet priuilegio. Sed poteſt ſaluari quod loquitur ſi inhoneſte viuat, ſecus ſi honeſte, licet parum ſtudeat. Quid de doctore ignaro. et non ſtudēte, vide Bar. in l. fi. ʒ. de profeſ. ⁊ medi. ⁊ ibi ſcripſi. Itē quid ſi ſcholaris exercet artem, vel officium. an gaudeat priuilegio. Dic quod ſic, ſi principaliter veniat ad ſtudium cauſa ſtudij. l. non verum. ex quib. cau. maio. ⁊ Franciſc. Tigri. in d. §. quibuſdam. Quid de non intrante, ſed ſtudente in domo. Andr. de Iſer. in auth. habita. alle. Hierony. dicentem ingenium docile, ſine magiſtro laudabile eſt. licet Bal. in d. auth. indiſtincte dixerit, ſcholarem practicantem non gaudere priuilegijs.

LEX III.

TYrones. No. contra iuuenes doct. qui volūt celſiorem locum obtinere, ⁊ omnibus anteire, quoniam non poſſunt, quia tantum illis doctoribus conceduntur, quibus laborum aſſiduitas, ⁊ ſtipendiorū prolixitas ſuffragatur.

De littorum, & itinerum cuſtodia. Rub. XLV.

LEX VNICA.

SAluberrima. In text. naucleri deponāt. No. hanc l. pro portantibus frumentum, ⁊ aliud bladum, quando timēt accuſari de cōcuſſione, vt ſemper vadant corā officiali cōis, ⁊ notificent ei ad quem locum portare velint. nam hoc facto non timebunt de aliqua concuſſione. que contra eos fieri poſſit.

De deſertoribus, & occultatoribus. Rub. XLVI.

LEX I.

SI quis. Recipiens ſciēter deſertorem in agro vel in domo, ſi eſt actor, vel procurator, capitaliter punietur, ſi eſt dominus, vel predium confiſcabitur, ſi ipſius eſt. Itē manifeſtās deſertorem premiatur. Item deſertores ſunt, qui tēpore belli abſentauerunt ſe a ſignis. Item qui ſemetipſum prodiderit veniam meretur, punitur vero deſertor pena mortis vilis, quā ſi iudex diſſimulat vel gratia data diſtulerit, ipſe punitur. h. d. In text. ibi, ſi ſciens, prudens.
1 ¶ † No. pro receptantibus rebelles[a], quia ita demum ſi ſciant ip
a ſos eſſe rebelles. concor. quod no. ff. de recep. l. j. ⁊ vide quod dixi ſ. de fab. l. fi. In tex. ibi, vel procurator. Not. ad quæſtionē de ſtatutum
2 † ꝙ ſi in aliqua domo fuit ludus retentus, ꝙ debet deuaſtari, vel ſi in aliqua domo eſſet ordinata proditio contra cōe ꝙ debet deſtrui domus ꝙ ſi actor vel procurator retinuerit ludum in ea, vel proditionē ordinauit, ꝙ nō deuaſtabitur domus, ſed procurator punietur, tunc enī ad deuaſtationē proceditur, cum dominus domus ſcelera cōmiſerit, vt hic. ꝙ facit ad no. ʒ. de fal. mon. l. prima.
3 ¶ † Vltimo no. ex fi. legis magnā penā contra officiales qui penas legibus vel ſtatutis impoſitas gratia vel diſſimulatione imponere differūt de quo hic in gl. vl. Et ſic facit contra capitaneos Peruſij, qui malefactores diſſimulāt, vt puniātur. ad ꝙ facit ꝙ ſ. diximus.

ADDITIONES.

a ¶ Rebelles. An ⁊ quando receptator teneatur, vide domi. Soci. in conſi. ccxij. incip. in ea. Mat. Petr. verſi. preterea. ſi. Adde iſtum in l. omnes. numero ſecundo, ⁊ quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum.

in ver

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in verſic. quod eſt neceſſe etiam pꝛobare. ſ. de agri. ⁊ cenſi. lib. xij.
b ALEX. ¶ Adde. l. j. in fi. ⁊ ibi Bald. ſ. de monopolijs.

LEX. II.

SI deſertoꝛes, Deſertoꝛ inuentus reſiſtens, vt rebellis punitur. ¶ Item diligens debet eſſe iudex ne ſub ꝑtextu alicuius licentie deſertos poſſit euadere, hoc dicit. Et not. hic pꝛo rebellibus.

De veteranis. Rubr. XLVII.

LEX I.

CUm introiſſent. Veterani gaudent priuilegijs hic de-
1 ſcriptis, hoc dicit. †No. ex hac l. de pedagio, quod colligitur per eum, qui ſtat in poꝛta, ⁊ non permittit aliquem tranſire, niſi certum quid, ei ſoluat, quod ab hoc peda-
2 gio veteranus excuſatur. ¶ †Not. in text. ibi, te nobis, non eſſe male locutum ſiue irreuerenter, ſi quis Poteſtati dicit, tu, ⁊ non,
a vos,[a] quia ita hoc fuit dictum Imperatoꝛi, ⁊ hoc verum eſt, niſi conſuetudo ſit in contrarium.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod reſcriptum pape, vitiatur, ſi reſcribit alicui in plurali dicendo vobis, ⁊c. vide tamen tex. in c. quã graui, de crimine fal. licet in capi. filius. de teſta. ⁊ in c. j. de peregrinis. loquitur in plurali. Adde etiam quod Imperatoꝛ loquitur ſibijpſi. l. fi. ſ. de edendo. l. j. ſ. quomodo ⁊ quãdo iud. ⁊ in l. reſque. ſ. de dona. inter vir. ⁊ vxo. in l. ij. ſ. ſi pendente appella. moꝛs interuenerit.

LEX II.

PRouidendum. Veteranus factus pꝛotectoꝛ nullis iniurijs eſt pulſandus, contrafaciens eſt ſecũdum qualitatem facti per rectoꝛem pꝛouincie puniendus, h. d.

LEX III.

VEterani. Veteranus qui ſe latrocinio dederit, priuilegijs nudatus competentibus penis a rectoꝛe pꝛouincie punitur, hoc dicit.

LEX IIII.

NUllus. Veteranus effectus inuitus, vel nolens non militat, ⁊ ſententia contra eum lata tali oꝛdine non valet, niſi dum ipſe militabat, queſtio in cognitionem eſſet deducta, quia tunc ibi finitur, licet veteranus ſit effectus, niſi ſpeciali priuilegio contrarium ſit ſibi indultum.
1 hoc dicit. †Et not. ex hac l. quod licet ego efficiar alterius foꝛi lite incepta contra me, tamen iudicium ibidem finiri debet vbi ini-
a tium accepit.[a] concoꝛ. ff. de iud. l. vbi ceptum. ⁊ l. ſi quis poſtea ff. eod. tit. ⁊ l. cum quedam puella. ff. de iuriſdi. omn. iudic.

ADDITIO.

a ¶ Accepit. Ad quod vide late per Fel. in capi. cum ſit. de foꝛo compe. in verſicul. ampliaui coclu.

De numerariis, & actuariis. Rubr. L.

LEX I.

VOrax. Numerarij, id eſt, ſeruientes rectoꝛibꝰ in diuerſis obſequiis, toꝛmẽtis, ⁊ carceribꝰ puniũtur, h. d. ¶ Not. hãc l. contra eos, qui vo-
a lũt ſeruire diuerſis iudicibꝰ obſequijs,[a] nã puniunt.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde q̃d idẽ tenuit Spec. ⁊ Ioã. And. in tit. de inſt. edi. §. reſtat. verſi. quid ſi is. ⁊ ver. ex pꝛemiſ. ⁊ de pꝛob. §. j. verſ. illud autẽ. hoc per tex. in l. Herennius. vbi voluit Bar. ff. de decurio. ⁊ eoꝛũ fil. ff. de qua q. in l. Barb. per Inn. ⁊ alios in c. j. de fide inſtr. ⁊ Gul. de ſuza. in l. decernimus. de ſac. ſanc. eccleſ. per Iacob. de Bel. in diſpu. incip. cauetur aliquo iure. quam ponit poſt l. ij. ſ. quomodo ⁊ quando iud. Paul. de Leaza. in c. cũ dilectus. de fid. inſt. per do. Anto. in repe. c. conſultationibus. de iure patro. per Imo. in l. ad teſtiũ. de teſt. per Bal. in l. ij. de ſer. ⁊ aqua. l. nõ ignorat, qui accu. nõ poſ. per Io. Fab. in §. ſed cũ alienis. inſtit. de teſt. per Ange. in authen. de tabel. §. pen. vel fi. Bal. Salic. ⁊ Angel. in l. j. ſ. de teſt. vbi limitant eſſe verum, niſi interueniſſet decretũ, vel creatio ſuperioꝛis, quo caſu licet non eſſet tabellio, tamen hoc caſu valent geſta per eum. Et hoc expꝛeſſe vult Bart. etiam reſpondens ad d. l. j. ſ. de teſtam. quia illa lex non facit ad pꝛopoſitum. ſecundum eos, quia loquitur in actu teſtificandi, qui eſt permiſſus de iure cõmuni, cũ omnes liberi a natura naſcãtur, ⁊ ꝑ cõſequẽs in tali actu non requiritur decretum, ſecus in caſu noſtro. d. l. Herennius. ⁊ vide Bald. in l. ſecunda. ſ. de indic. viduita. tollend.

LEX II.

OUi numerarij. Numerarij, qui hodie tabularij appellãtur, toꝛmẽtis ſubijciuntur, niſi iudicibus vel alijs ad pꝛouinciã per Pꝛincipem deſtinatis, nomen debitoꝛũ ſub actoꝛũ teſtificatione demonſtrauerint, vt eis iudicantibus ad ſolutionẽ omnes fiſci debitoꝛes cõpellantur, tẽpuſque tabularioꝛum triennio concluditur, h. d. Et not. hanc legem contra tabularios ⁊ conſeruatoꝛes, qui non aſſignant numerum debitoꝛum communis per publicũ inſtrumentum, nam faciunt litem ſuam per hanc l. quod nota.

LEX III.

NUmerarios. Tabularij pꝛefecti pꝛetoꝛio, cingulum, ⁊ oꝛdinem militie retinent, hoc dicit.

LEX IIII.

IN pꝛouincijs. In omni pꝛouincia duo tabularij collocantur, vnus ad rationem artis fiſcalis, alius ſuper titulis largitionalibus, id eſt, ſuper donis, que Pꝛincipi largiuntur nulluſque debet ſe de alterius officio immiſcere, ⁊ contra faciens punietur,
1 ⁊ celans talem culpam ſimiliter eſt puniẽdus. h. d. ¶ †Not. hunc tex. quod nũquam vnus officialis debet ſe alterius officio immiſ-
2 cere, vt hic de executo. ⁊ exa. l. ij. † Et ſic eſt caſus hic quod ſi ſunt plures deputati ad officium maleficioꝛum, ⁊ quilibet pꝛo ſua poꝛta, quod deputatus in vna poꝛta non debet ſcribere in cauſis maleficioꝛum alterius poꝛte. Caſus eſt hic. ¶ Ultimo no. gl. quid ſit fiſcus, ⁊ quid ſit erarium.

LEX V.

EXceptoꝛes. Licet ſcriptoꝛ alicuius iudicij exiſtens efficiatur decurio, non deſinit eſſe ſcriptoꝛ, ⁊ cognoſcere debet munera ciuitatis, ⁊
1 peracto officio ad pꝛopꝛiam curiam redit. h. d. ¶ †Et no. ex hac l. quod notarius actoꝛum ſit notarius pꝛioꝛum ciuitatis Peruſij, quod non pꝛopterea deſinit eſſe actoꝛum notarius, ſicuti non deſineret ſi efficeretur decurio. hodie tamen nullus decurio poteſt eſſe tabellio, vt ſupꝛa de decurio. l. vniuerſos.

LEX VI.

NEdiutius. Numerarij a communione actuarioꝛum abſtinere debent, contrafacientes puniuntur.

LEX VII.

ACtuarios. Actuarij ſecundum conſuetu. antiquam ſunt oꝛdinandi. ⁊ ſi aliter factũ fuerit, facta ab eis non valent, ⁊ ipſi ⁊ facientes pu-
1 niuntur. †No. ex pꝛin. quod vbicunque creatur officialis aliquis ſemper debet mos antiquus ſeruari. alias creatio eſſet nulla. vt l. non tantum. de decu. Et ſic eſt caſus quod ſyndicus creatus non congregata vniuerſitate ad ſonum campane, vel alio modo, vel non congregata in loco, vbi alias conſueta fuerat congregari, vel non congregata de mandato ſuperioꝛis, pꝛout conſueuerat, non
a dicitur legitime oꝛdinatus,[a] ⁊ ita de facto obtinui, per hãc l. † Ex
2 fi. legis. no. quod licet aliquis habeatur, ⁊ reputetur pꝛo publico officiali, ⁊ re vera non ſit, ex eo quod non fuerit legitime oꝛdinatus, vel quia reputatur tabellio, cũ non ſit, vel iudex cum non ſit, quod acta facta per eum nullius ſint momenti, ⁊ ipſe faciens pu-
3 nitur. Nec † obſtat l. Barbarius. ff. de offi. pꝛet. quia quandoque quis eſt electus ſolenniter, tamen pꝛopter defectum perſone non poteſt eſſe, ⁊ tunc facta per eum valent, cum ſint publica, vt ibi. Quandoque quis poteſt eſſe, ſed non eſt electus ſecundum formã debitam, ⁊ tunc facta per eum non valent, vt hic. Et ita tenet
b Guliel. de Cu. in l. Barbarius.[b]

ADDITIO.

a ¶ Oꝛdinatus. ſed quid quando ſtatutũ dicit quod vniuerſitas debeat facere ſyndicum cum authoꝛitate ſeu poteſtate pꝛeſidis, an ſufficiat quod authoꝛitas ſeu poteſtas accedat ex interuallo, vide per dominum Sozin. in conſi. xv. inci. viſis pꝛedictis publicis inſtrumentis. verſicul. vel poſ. ſecundo modo, circa medium. ¶ Adde pꝛo hoc queſito Bal. in l. habeat. nu. vj. quod ibi poſuit in apoſt. ad ipſum in ver. nil operetur conſenſus ſequens. ſ. de ſacroſanc. eccle. in lectu.